




De prophetae officio, et quomodo digne administrari poßit, oratio,

<https://hdl.handle.net/1874/430324>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)


More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

1. oct.

27








27

Miscellanea Theologica

Octavo n°. 27.



N. 29. B.

Ex domo Bæselij.

DE PROPHETAE OFFI

CIO, ET QVOMODO DIGNE AD-

ministrari posſit, oratio, Hein-

rycho Bullingero

Authore,



A

IESVS

Hic est filius meus dilectus in quo
placata est anima mea: ipsum
audite. Matthæi

XVII.



OMNIBVS VERBI

MINISTRIS PER TIGVRINVM

agrum Euangeliū anunciantibus,

gratiam & uitā innocentiam

à Domino.

Accipite charissimi fratres & Sym
mista, exhortationem siue institu
tionem hanc nostrā, quam scripto
ad uos transmittere suaserūt ex fratribus
plurimi, quando temporis iniuria obsti
terit, quo minus ea, pro solenni ritu, uiua
ad uos uoce potuerit pronunciari, V a
lete ex Tiguro, Caroli die, Anno

M.D. XXXII.

Heinrychus Bullingerus.


Quoniam nō nesciam, fratres
 charissimi, plurimos ex uo
 bis astare, qui & melius &
 appositius possint de rebus ad pie-
 tatem & ecclesiam spectantibus dis-
 serere, attamen non poteritis hanc
 meam qualemcumque ad uos oratiun-
 culam, aliter quam boni consulere:
 maxime cum huc me non animi li-
 bido impulerit aut ostentatio, sed
 ipsa ineuitabilis neccessitas, meae ita
 iuncta functioni, ut non potuerim
 ulla excusatione honesta, huic me
 subducere prouinciae. Cum igitur
 de aliqua re omnino differendum
 sit, cōstitui de nostra omniū cōmu-
 ni functione, prophetica uidelicet,
 differere. Quod nam à Deo nobis
 iniunctū sit officium: & quomodo
 digne administrari possit. Idque hoc
 libentius selegi ē multis, quo certius
 experior & tēpora & homies eius-

A ij

DE FVNCTIONE

modi efflagitare tractationem. Vos
hæc nostra, pro humanitate uestra,
boni consulite.

Prophetæ.
ta.

Et de nomenclatura equidē pro-
phetæ non est quòd multis agam.
Prophetæ enim uocula à Græcis est
petita, à Latinis quidem recepta, sed
à prædicendo cognominata, eū si-
gnificat, qui ex reuelatione diuina
futura præsagit. Rursus eum, qui
sacra exponit, quique scelera protra-
hit, incusat, prosequit, omnemque pro-
telat cum errorem tum iniuitatē:
pietatem uerò & iusticiā docet, sua-
det & tuetur. Hinc enim Ebræis ui-
dentes dicti sunt prophetæ, quòd
quemadmodum Christianorū epi-
scopi, propterea speculatores dicunt,
quòd ueluti uigiles curam gerunt
gregis dominici, ne qua animorum
pestis & hostis humani generis, sce-
lerum stipatus turba, irruat. Sic illi
quocum

Videntes

quocq; aduigilarint, & sceleratorū
erronumq; detexerint artes.

Ex his autem certò iam constat, functione prophetica. ueri prophetæ officium aliud non esse, quā scripturas enarrare sacras, obstat erroribus & sceleribus, pietatem & ueritatē propugnare, deniq; & in hominum mentes omni studio & labore non modo instillare, sed & inculcare iusticiā, fidem, & mutuum amorem. Huius item functionis esse confirmare nutātes, solari mōestos, & cessātes tardius ue in uia Domini incedentes, excitare & hortari. Hæc autem ante nos ad hunc prorsus modū tradidere duo maxima religionis nostræ lumina, Hieremias et apostolus Paulus. Nā ille hoc accipit à Domino mandatum, Ecce dedi yba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes & sup regna, ut euellas & destruas,

A iii

DE FVNCTIONE

& disperdas, & dissipes, & ædifices
& plantes. Hic uero in Corinthijs,
qui prophetat (inquit) hominibus
loquitur ædificationem & exhorta-
tionem, & consolationem.

*Adminis-
tratio.* Hæc de prophetæ officio paucis
monuisse sufficiat: nā pluribus ex-
plicandum uidetur quo pacto hæc
functio digne administrari possit:
est enim hæc quæstio, ut ipso opere
laboriosior, ita explicatu difficilior
quocq;. Porrò cū expositio scriptu-
rarum in functione prophetica, pri-
mas tenuerit, primum quoq; disse-
rendum uidet quomodo propheta
scripturas apposite & syncere tra-
*Exposi-
tio scrip-
turarum.* Etare possit. Pleriq; enim difficulta-
tem caussamur: cum interim facilis
exposita nobis futura sit omnis
scriptura sacra, modo nos nō dissimiles
fuerimus euangelico negotia-
tori, qui huc omnes animi neruos
inten-

intendebat, post habita etiam omni substantia, ut margaritam assequetur nobilem. Ita decebit nos quoque scripturæ studijs summa cura inuigilare, agnoscereq; nihil esse in orbe necq; nobilius necq; uerū magis, scriptura: quæ cum afflatus sit diuini numinis, nullo enarrari certiore quam ipso spiritu interprete. Hic itaq; primum nobis fidenti pectori adeundus est atq; orandus, ut corda nostra illustret, quo sancta Dei oracula sincere intelligamus. Deinde annitendum ne impurum ad sacra adferamus animū, aut pigrū uel inertem, qui protinus à rebus locis' ue in speciem difficilibus resiliat. Quin audiamus D. Augustini consilium, qui scripturæ intriciora aliquoties dissimulare atq; transire iubet, quod tempore & frequenti exercitatione ipsa sese explia-

A iiiij

DE FVNCTIONE

cent aliquādo. In primis uero prae-
Status. stat in omnibus pfessionibus statū,
id est, illud primariū & quo omnia
referuntur, & in quod innituntur
omnia, spectare. Neq; enim abs re-
cēsuit apud Tulliū in Oratore M.
Antonius, utilissimū fore, si orator
subinde animum ad id aduertat, qd
dicere uelit. Et Plinius Comensis,
Primū scriptoris (inquit) officium
existimo, ut titulum suum legat &
identidē interroget se quid cōperit
scribere. Ita moneo te qq; ô pphe-
ta Dei, ut scripturas expositurus, se-
pius tecum cogites, quis scripturæ
sanctæ status sit & quo referantur
omnia. Id pleriq; legem esse aiunt
& Euangeliū: sed minus proprie-
*Testa-
mentum.* Testamentum enim, qui & totius
scripturæ titulus est, totius etiā scri-
pturæ status est. Necq; quis ista ceu-
nupera & uana miret. Testamenti
enim

PROPHETICA.

▼

enim uoce pactum intelligimus fœdus & conuentionē, eam uidelicet, qua Deus conuenit cum uniuerso mortaliū genere, se Deū nostrum fore, omni sufficientiam, bonorum aceruum, καὶ κέρασ ἀμαλθείας. Idq; se maxime probaturū donatione terræ fœlicis & incarnatione filij. Debere autem hominem studere integritati, ut perfecto erectoq; sit erga hunc Deum animo, ut ambulet in uīs eius, atq; se totum illi cōmittat, tanq; Deo summo & patri amantissimo. Hæc autem foederis capita, Abrahæ quidē concredita, sed nobis & instrumēto & ueluti per manus à patribus tradita, quid aliud quā fidē & innocentia præscribūt? Ex fide porrò enascitur Dei cognitio, uirtutis eius, maiestatis, gloriæ, iusticiæ & misericordiæ. Innocentia uero post se trahit ueritatem, con-

A v

DE FVNCTIONE

stantiam, æquitatem, uitæ puritatē & charitatem. Iam uero percurre, si libet, omnes scripture sancte libros, & inuenies cum legē tum propheta, deniq; omnes noui testamenti codices, ad testamentum, hoc est, fidem & uitæ innocentiam, ceu certissimum referri scopū.

*Quomo-
do omnes
libri sa-
cri ad te-
stamentū
referantur.* Nam libri Mosaici ipsis quoque legibus, immo & ceremonijs fidem partim docēt, partim innocentia. Quoties enim leges præcipiunt, uni hærere Deo, unum colere, unum adorare, unius uocem audire, hunc innocentia pura & sancta uita colere. De ceremonijs quid dicam? quæ & populum Iudaicum à Gentili retrahebat superstitione, & Christū ceu hypotyposi ob oculos ponebat. Quemadmodum & ciuilia, que alij uocarunt iudicia, cōmunē pacem, equitatem, iusticiam & charitatem præscribūt.

Historiæ

Historiæ uerò & Moseos & aliorū prophetarū, utrumq; habēt. Nunc enim exempla iustorū proponunt, in quibus uideas, quomō iij pacto steterint, & Deum uitæ innocentia & uera fide coluerint, Deus item deus eorū fuerit, nusq; absens ubiq; præsentissimus. Nunc uerò impiorum, in quibus uideas perfidiā uitæq; impuritatem, idola quoq; scelerā, & omnis generis flagitia. His adde Psalmos, quorū alijs gloriam, maiestatem, uirtutem, bonitatem, iusticiam & omnipotentiā Dei canunt, alijs uerò in flagitia & flagitos perorant, alijs autem ad fidendū Deo, & gratiarum actionē, denicq; ad uirtutes hortant. Prophetæ item tam maiores quam minores ad hoc testamentū seu unicum cynosuram spectasse uidentur. Nam Dei bonitatem, iusticiam & maiestatē, ipsum

DE FVNCTIONE

deniq; Christū adeò graphicē pin-
xerunt, ut iurares istos sibi foederis
capita (id qd reuera est) sumplisse
interpretanda. Quanta enī sæueri-
tate inuehun̄t in desertores, quanto
item ardore hortantur ad fidem &
uitæ innocentia: quoties uero mo-
ment ad Abraham & pactum Dei
respiciant: quāta deniq; perspicui-
tate de Christo differunt, de incar-
natione, cruce, resurrectione, uirtu-
te & regno eius: Postremo si ipsum
etiam Christum incarnatum testa-
mento nostro adhibeas, cernes euā-
gelicas historias in hoc esse totas, ut
lector intelligat, Christum Iesum a-
liud nihil esse quam æterni foederis
æternū obsidem atq; misericordiæ
& ueritatis Dei testē. Cernes Deū
in Christo (id quod olim pollicitus
erat) orbi exhibuisse omnem ple-
nitudinem. Cernes Christum fidei
in

in Deum & innocentiae uitæ & ~~et~~
~~χριστον~~ esse & uiuum exemplum. Nō
enim hīc referam apostolorum epi-
stolas, in quibus parí ratione par-
tim tradit̄ fides, partim innocentia
uitæ. Ex quibus omnibus palām
colligimus, testamentum, quo fides
& innocentia nobis cōmendatur,
scripturæ sanctæ statum esse, qui in
omnibus scripturæ libris sit unicē
consyderandus.

Et hæc quidē in genere de statu
obseruando tradidimus, proderit
& in specie eundem in singulis ob= Cohæsio
scriptu=
seruare sacrarum literarum scripto= rae san=
ribus: Ut expositurus legem uel hi= ctæ.
storiā, uel orationem prophetæ
alicuius, aut apostoli locū aliquem,
obserues, quid intēdat & quid pro-
bare uelit author. Tantū uero ro-
bur ex cohæsione & dispositione,
tanta gloria & maiestas scripturæ

DE FVNCTIONE

accedit, ut qd alij de Homeri poë-
mate tradiderunt, idem ego iustius
& uerius scripturis tribuam. Dicit
enim apud Macrobius Auienus,
tria ex equo putari impossibilia, uel
loui fulmen, uel Herculi clauam, uel
uersum Homero subtrahere. At mi-
nus possibile fuerit (mea quidem
sententia) periodū aliquem è sacrī
decerpere eoꝝ abuti, ut gnaus Dei
p̄pheta nō protinus animaduertat,
uim scripturis esse illatā. Tam p̄be
coherent & consonāt omnia. Con-
sulto itaqꝫ feceris, ô propheta Dei,
si scripturas enarraturus, ante oīa,
non scripturæ tantum generalem,
sed scriptorum quoqꝫ particulares,
status & consilia, obserues, & quo-
modo singula ad statum referantur
argumenta. Sic enim fiet, ut nemo
tibi, quantumuis exercitatus & uer-
sus, genuinum sensum adulterare
possit.

possit. Porrò ubi statum rei inuenis, deinde & argumenta omnia in suum digesseris locū, non inutile fuerit, si ab hoc locutiōes obserues, tropos, circūstantias, præcedentia, Tractas cōsequentia, & si locus fuerit intri-
cator, clariores adferas uel similes
uel dissimiles. Nam D. Aurelius
Augustinus in quarto de doctrina
Christianā libro, asserit, nullum in
scripturis locum adeò obscurū re-
periri, qui nō alibi clarius exponat.
Hic igit̄ multo labore & multiūga-
lectione opus. Sed quem obsecro
istarum pœnitentiarum rerum, qui modo
uideat amplissimum & suauissimū
ex ijs enasci fructum? ¶ Est & pe-
culiaris quædam sacrarum historia-
rum tractatio, facilior ea, qua leges,
p̄phetarū uaticinia, Christi quoq;
sermones & apostolorum cum epi-
stolas tum orationes, exponimus.

Historia.

DE FVNCTIONE

Sunt enī fœderis illius æterni uitæ
& morū exempla. Quare in ijs cō-
mode obseruabis eum, qui totius
scripturæ status est, deinde circum-
stantias, postremo locos cōmunes.
Et ueteris quidem testamenti histo-
riæ, allegoriam ueluti externū em-
blema recipiunt, noui autem pror-
sus respuunt: nisi malis Lazari, filij
prodigi & id genus alias narratio-
nes (quod multis placuit) sub hi-
storię titulū referre, illæ enī nō pos-
sunt nisi alieno exponi sensu, qui
interī (si sanus est) uel ex occasione
Parabolæ parabolæ, uel catastrophe, elicitor.
Ego uero parabolas euangelicas a-
liud nihil esse uideo, quā fictas nar-
rationes, mira gratia pro rerū per-
sonarū & temporū ratione, à Chri-
sto compositas, ut hoc commodius
res aloqui serias, graues & difficiles
in populariū insereret animos. Sed
hæc

hæc ueluti per transcennam ostendit sufficiat.

Nunc enim paucis monendus Dera=
uidet propheta de iudicio, hoc est, tione iu=
quomodo probare possit, an sacra dicandi
sancte an secus exposuerit. Habent prophe=
enim uel fabri suas amusses & per-tias.
pendicula, Dialectici argumentorū
formas, & Mathematici γραμμικὰς
& τεօδεῖς εἰς, hoc est, lineares demon-
strationes: nec ulla est disciplina,
quæ suis careat regulis: quo minus
mirandum est si suam quoqz pro-
pheta habeat regulam. Ea est fidei
& charitatis donum: id quod hisce
probamus testimonij. D. Paulus
in Romanis, Dico autē per gratiam
(inquit) quæ data est mihi, dico in-
quam omni inter uos habitanti, ne
quis plus uelit sapere, quam opor-
teat sapere, sapiat autem ad iustum
sapientiā, unusquisqz sicut illi Deus

B

DE FVNCTIONE

fidei mensurā impartitus est. Et in
Corinthijs, Scientia (inquit) inflat,
charitas uero ædificat, quod si quis
Charitas sibi aliquid scientiæ arrogarit, non-
dum quicq; nouit, quemadmodum
nosse oportuerat : qui uero Deum
diligit, hic à Deo doctus est. Et in-
ferius, Si (inquit) linguis hominum
loquar & angelorū: si habeam pro-
phetiam & norim mysteria omnia,
omnemq; scientiam, charitatem au-
tem nō habeam, nihil sum. Proinde
si expositio tua necq; fidei reclama-
rit necq; charitatem uiolarit, sana est,
si tamē quæcq; in suo dicantur loco,
si authoris obseruet cōsilium, tem-
poris quoq; rerum & personarum
habeatur ratio. Et quod charitatem
ceteris omnibus præfert donis, hinc
est, quod charitas longanimitas est,
benigna est, charitas non inuidet,
non statim hūc atq; illūc impellitur,

non

non inflatur, nihil praeter decorum agit, non quærit quæ sua sunt, non excedit modum, non temerè impunit malum, non delectatur iniquo, sed gaudet de integritate, omnia suffert, bene fudit, omnia sperat, oīa sustinet, charitas nunque aberrat, siue tandem prophetiæ aliquid desit, siue linguae desiderentur, siue eruditio desit. Huc usque Pauli uerba recensuimus, Quibus didicisti charitatē prophetæ magis necessariam esse quod aquam & ignem, præstantiorē item linguis ipsis. Et sanè linguarū cognitio, eruditio itē solida, prophetæ imprimis est necessaria: sed si cui desint (ut uni nō omnia dñ dedere) is ne desperauerit, modo charitatis ducatur regula. Qui uero linguarū Lingue cognitione et multijuga dotatus est eruditione, meminerit ea spiritus sancti esse dona, in hoc collata, non

B ñ

DE FVNCTIONE

ut ostentatione superbi ludamus,
sed ut diuina rectius & clarus intel-
An p̄a= ligamus. Ex quibus omnibus & il-
tres rerū lud cōsequitur (quod in transcurso
sacrarū monendum uidebatur) istos totū
iudices. errare cōelo, qui patres uetus res
rum sacrarum constituunt iudices:
id quod ne ipsi quidē agnoscerent,
si adhuc uiuerēt. Legendos sanē ar-
bitramur, sed cum iudicio, legēdos
inquam tanquā condiscipulos, non
ueluti iudices. Ita enim scripsit ipse
Augustinus tractatu in Ioannem
xvi. Quoties difficilior locus in-
cidit, Accipite dico, charissimi, quid
hīc sentiam sine præiudicio, si uos
melius aliquid senseritis. Magistrū
enim unum habemus omnes, & in
una schola condiscipuli sumus. Et
in tractatu XVIII. ita scribit, Pro
modulo meo capio, qđ uobis ap-
pono, ubi apperit pascor uobiscū,
ubi

ubi clauditur pulso uobiscum. Ex quibus facile est uidere , q̄ nolit se Augustinus in expositione scripturarum iudicis loco uenerari. Similia prorsus scripsit etiā apostolus Paulus in prima ad Chorint. capit. ij.

Hicce uero (ut redeamus) ueluti in transcursu uias exponendi scripturas apperuimus , quæ quia satis longa inuoluimus tractatione , adeoq; & obscurauimus , omnium summa nobis contexenda uidetur . Aggressurus ergo sacrarum expositionem , ô propheta Dei , puro & defecato corde ad sacra accedito , nō illatus sensum in sacra , sed relatus , orato Dominū , ut is te spiritu suo illustret , quo res spiritu inspiratas , spiritu etiam doctore intelligas . Deinde locum eum quem tibi exponēdū sumpsistī diligenter lege ac relege ad certas usq; metas , ut

B ij

DEFUNCTIONE

ea non disceras quæ natura coher-
ent. Constitutis autem terminis,
mox ex toto cōtextu statum rei in-
quire, quodnam illud præcipuum sit,
quod spectarit author, in quo po-
tissimum uertatur rei cardo, unde
omnia argumenta pendeant, quo
referri debeant, quid conetur, quid
doceat, quid probet, qd refutet au-
thor, in quē finē, quemq; in usum.
At ubi hoc deprehēderis, protinus
indagabis, quomodo ad scopum
singula retulerit argumenta, quid
robori, quid p̄spicuitati, quid ele-
gantiæ, quid cauſſæ, quid aduer-
ſarijs tributum sit. Quomodo hiul-
ca sarciri & committi queant, quid
remouendum, & quid diluendum
sit. Interim excutiendæ loquitiones,
obſeruandi tropi, & circumſtantia
tractandæ, adhibendi loci similes &
diſſimiles, alibi uel clarius uel ob-
ſcurius

scurius scripti: neq; loci communes negligēdi. Imprimis uero ex omnibus diligendum, quid maxime uideatur præstans & utile, maximeq; popularium animis inculcandum: ut nihilominus suum quæq; ordinem, suum quoq; decorum seruēt, fidei item & charitati maxime sint conformia.

Hæc de exponendis scripturis attigisse sufficiat, ceterū non omnis oratio, qua docemus scripturarum expositione instituitur, sed themate nonnunq;. Hocq; uolumus tibi in præsentiarū certo persuasum, nihil esse consultius nihil aptius ad rudes hominū mentes instituendas, thematū recta ratione obseruata. Quid enim apud eos qui nunq; quicq; de uera audierūt religione, fieri potest prudentius, quam si in ipso statim prædicationis uestibulo, simplici-

*De theo
tum Ihsu.*

DE FVNCTIONE

bus thematis irrepentes, omnium
oculis exponimus, quid scriptura,
unde nata, quo habeat partes, quæ
sint ei officia, quæ contraria? Sic,
qd interpretatio scripturæ, patres,
consilia, religio, Deus, fœdus, lex,
peccatū, gratia, Christus, fides, spiri-
tus, iusticia, ueritas, superstitione, unde
& propter quid? Nam hisce rudi-
mentis premissis, proculdubio bo-
na pace subsequet scripturæ expo-
fitio. Exposcunt non raro & tem-
pora & rerum casus, ut thematis cū
plebe agamus, & non scripturarum
enarratione. Quid quod nonnulla
non possunt nisi thematis tractari?
Scio equidem quam male hoc do-
cendi genus audiat apud plerosq;
sed immerito. Rabulis enim illis &
indoctissimis monachis, non the-
matis, debemus, si quid mendacij &
superstitutionis, thematum prætextu,
in

in plebem deriuatū est. Nam nunc
non referam quàm longe abfuerint
à sana & germana thematū ratione,
utpote qui nunq̄ didicerint quid sit
thema; sed qd dico quid sit thema;
cum ne nomen quidem recte po-
tuerint efferre. Quod enim Fabio
thema, id sordidis istis monachis
theuma erat. Necq̄ uero alienus est
à scripturis (ut obīciunt) hic the-
matum usus. Nam legimus in actis
apostolicis, ipsum apostolorū prín-
cipem Paulū, cum simplici tum cō-
posito usum esse themate. Nemo
autem hoc in loco meam expectet
de thematum ratione sententiā, Nō
enim huius loci neq̄ mei instituti
est, tradere dialectices & rhetorices
precepta, quæ cōmodius petuntur
ab ipsis cū dialecticis tum oratori-
bus. Quin imò istis respondeamus
potius, qui peccatum esse putant, si

DE FVNCTIONE

theologiæ misceamus artes prophætias. A quibus discere cupio, quid dialecticen uocent, quid'ue rhetorizcent: an nō naturæ filum & ductum illum communem à natura nobis, imò ipso deo, inditum omnibus: quod si agnoscūt, ut certe agnoscere coguntur, qua temeritate quaue impudentia optimū naturæ, imò Dei donum aspernantur? Si uero non agnoscunt, cur illud contemnunt, iudicant, proscribunt, quod nunq̄ didicerunt: Scriptura sanè ac ueritas sola, citra cōtrauersiam, materia est prophetæ. Inutilis autem fuerit materia, nisi instrumēto expoliatur & redigat in usum. Instrumentum uero istud prophetæ oratio est. Per eam enim id qd animo concœpit, quodq̄ ex scripturis pro auditorū captu & cōmodo, cōgessit: oratione clara & præsenti rei accomoda,

audi-

auditoribus proponit. Res quidem prophetæ adeò necessaria, ut sine hac oīa alia (quod docendi functionem attinet) sint frustranea. Quid enim in re publica faciat sapiens & tamē mutuis consul: quid eruditus, sed elinguis interpres? quid igitur in ecclesia faciat propheta, qui quæ sentit, eloqui nescit? quemadmodum itaq; nullus usus fuerit clavi & freni, nisi adsit qui arte moderetur; ita nihil profuerit scripturæ cognitio, nisi accesserit ipsa rerum uis & uita, dicendi artificium.

Hæc de thematū usu paucis per-
strinximus: nunc quomodo erro-
ribus sese ppheta opponere & sce-
leribus obstare debeat, uideamus. De erro-
ribus ima-
pugnat-
dis & tol-
lendis.
Nam id mihi secundo loco expo-
nendum sumpseram. Sed hoc loco
magni retulerit rationem eorū ha-
bere coram quibus dicimus, deinde

DE FVNCTIONE

uero uidere, quibus nā potissimum
erroribus reclamandū sit, ijs nimi-
rum, qui gloriā Dei obscurāt, Chri-
stum Iesum prophanan, ecclesiam
scindunt, & simplicitatem Christia-
nam tricis inuoluūt sophisticis, imō
& libertatem filiorum Dei produnt
& opprimūt. Cuiusmodi apud nos
sunt pestilentissimae pontificiorum
& catabaptistarum sectæ, quæ om-
nem ueterum errorum colluuiem
semel uorarunt & orbi ceu uerissi-
mam propinarūt religionem. Vn-
de diligenter auocanda erit ecclesia
Christi, ne in istas temerē impingat
tenebras. Hīc uero nolim te quo-
*Conuicti*a rundam imitari morē, qui pro pub-
licis contionibus aliud nihil quam
stulte furere sciūt, & adeò debachari
dicterījs, ut iurares histriōnē te ali-
quem conuictijs ludentem imō ine-
ptientem audire, non seruum Dei
prophe-

prophetā. Huius generis sunt, impia missa, blasphemā missa, heretica missa, stulta missa, histriōica missa. Et ô stultam gentē, quæ simulachra colit, simulachra inquā uerissimam idololatriā, Papæ pedorem, & monachorū excrementū. Hi clamitant monachos quoç ipsos, diaboli esse seminarium imò merdam, hypocritarum & pharisæorum collegium. Monasteria porro ipsa lenonum & meretricū esse prostibula, atç ue-
rissimorum raptorum antra. Et in hisce cōuitijs mire sibi placent. Ad-
dunt, blasphemam esse diuorū in-
tercessionē, rancidam cōfessionem,
superuacanea & impia quædam sa-
cramenta, In summa, totus (inquiunt)
papatus, sacrilegiū est, monstrum,
scelus, hulcus,

*Spectrum, flagitium, tormentum, nausea, labes,
Quisquilia, tenebrae, carnificina, metus,*

DE FVNCTIONE

Nequitia, infidiae, impostura, infamia, terror,
Illiuiies, sanies, merda, cloaca, putor.

Et sanè suo modo uera sunt quæ dicuntur, non eo infitias, sunt etiam supra modum plausibilia. Stulta enim plebecula, cuius proprium est raro aut prorsus nihil sapere, immanis (ut Varro inquit) & indomitata multorumq; capitum belua, conuicijs talibus delectatur & mire adplaudit, sed pereunt interim infirmi, periclitatur multorum salus, inuidiae exponit ueritas, quid quod multoru animi talibus plus irritantur quam erudiantur. Sunt enim illa et si uera, tamen atrocia, intempestiuæ & diræ, quæ & optimos quoq; non raro offendunt. Cæterum apostolus uult omnia fieri cū decoro & ad ædificationem. Missis igitur conuicijs, rem ipsam oculis auditorum subiçiamus, ut palam cernant

cernant nos non atra bile cōmotos
dicere, sed pietatis amore. Ostēsuri
igitur ecclesiam in negotio aliquo ^{Formula}
hallucinari, & ipsam pro ueritate ^{agendi}
errorē tenere, ita dicamus. Augu- ^{contra}
sta equidē, fratres charissimi, apud ^{errores.}
omnes est cōsuetudinis authoritas,
sed quis nescit consuetudini quan-
tumvis uetus, immortalem & in-
fallibilem preiudicare ueritatē. Co-
liimus quidē ista ceu uera & infal-
libilia, uerum aliud sentit scriptura,
cui si qs cōtradicat, nescio an Chri-
stiano nomine dignus sit. Hic ergo
proponat scripturæ testimonia, nō
tam studens, ut solida dicat & pro- ^{Missa}
babilia, quam ut perspicua & clara.
Exempli causa sumamus Missam:
quam eliminaturus dices ab homi-
nibus institutam, & in eum quem
habemus ordinem, redactam: id q̄
uel pontificij testent libri. Hic uero

DE FVNCTIONE

necessario sequi, aut eos qui uixerent,
priusq; papisticus missādi ritus col-
ligeretur, perisse; aut certe missam
ad salutis negocium nihil pertinere.
Id uero omnino certum esse: cum
Dominus in Euāgelio dixerit, Cur
transgredimini præceptum Dei, ut
traditionē nostram statuatis? Fru-
stra autem colunt me docentes do-
ctrinas hominū. Immutatam enim
esse cœnæ institutionem, cessasse
Christi institutū, coepisse autē ho-
minis traditionem. Christum enim
instituisse gratiarum actionem om-
nibus peragendā fidelibus. Ponti-
ficem uero tradidisse paucorum id
esse sacrificium. Quod quidem du-
plici nomine nequeat cōstare. Initio
si ipsum species sacerdotiū, deinde
si rationem cōsideres sacrificij. Idq;
totum illustrabis Paulinis testimo-
nijs, potissimum ex epistola ad He-
braeos

br̄gos petitis. Sed h̄ec prolīxius for-
san quām pro re. Tūtē ad hanc for-
mam cætera collimabis : Ita fiet ut
ipsa res & scripture ueritas errorem
magis urgeat, quām inuida histrio-
nis conuitia. Mīrum enim, ut hac
ratione auditor capiat, imō ne im-
pius quidē, pro uoto, quod calum-
nietur inueniat, cum quiuis palām
cernat gloriam Christi à te propug-
nari, quam ne impīj quidem hypo-
critæ, labefactare uideri uolūt. Qd̄
si adhuc de hoc modo errores tol-
lendi dubitas, agè Pauli exemplum
cōsule, qui Atheniensibus prædica-
tur, rudes ciuiliter adoritur, nec
diris protinus deuouet, aut cōuitijs
adobruit: sed oīa admirabili quodā
modo mitigat, ueluti instituerit im-
manem cicurare beluā. Dicit enim:
Viri Athenienses per oīa ferē su-
perstitiosiores uos uideo. Et quæ

C

DE FVNCTIONE

sequunt, notissimus enim est locus,
Deinde uero sic urget eos omnipo-
tentia & prouidentia Dei, ut ipse
rerū tractatus uiua quadam ἐρεγεία
animos auditorū compellat. Huius
generis sunt etiam epistolæ eius, in
quibus nihil agit cōuictijs & clamo-
ribus, sed omnia perspicuis & soli-
dis scripturis. Quanq̄ illi & falsa
quædam nōnunq̄ excidant, sed suo
loco & tempore, sed ueluti coticulæ
& calcaria torpescētis animi.

Huc pertinet ne ecclesiā nostrā qua-
Deserere libet ex leui cauſſa deseramus : sicut
ecclesiam hodie nonnulli assolent, quos leui-
propter culi quidam errores loco mouent.
errores. Qui interim longe consultius face-
rent, si ueritatis doctrina ſeſe oppo-
nerēt erroribus necq̄ loco officioꝝ
cederent, niſi publica exigeretur uel
blasphemia, uel ueritatis palinodia.
Non enim uocati ſumus, ut in per-
ſequitione

sequitione qualibet leui, cedamus,
arma spiritus abiiciamus & despe-
remus: sed ideo persecutionem pa-
timur, ut probemur, & erroribus
obuiam eamus, neq; latum (quod
dici solet) unguē cedamus. Durate
itaq; fratres quoad ulla spei apud
uos extiterit scintillula, neue ces-
seritis nisi rebus prorsus desperatis
conclamatisq;. Dissimulanda sunt
quædam, ferenda nonnulla, ceden-
dum pro tempore, & in hunc finem
oīa, ut infirmos & peccatores Chri-
sto lucrifaciamus, minusq; peccent
& seducant pios impīj. Necq; uero
quenq; id facere pigeat, quod ne
Paulum quidem apostolum facere
puduit. Sitq; hīc de istis dicēdi finis.

De Catabaptistis paucula hæc Catabap-
adīcienda uidentur. Quorum bap- ptiste.
tismus ecclesiā Dei scindit: quorum
de magistratu, iureiurando, & cen-

C ij

DE FVNCTIONE

sibus dogmata , statum reipublicæ
perturbat imò & inuertunt: quorū
separatione nouus quidam nobis
monachismus irrepit ut pestiferum
dogma clanculo nobis inuehat &
Nouatum, & ludam Galilæum, &
populi mortiferā luem, monacha-
tum: hocq; sit pestis nocentior, quo
est hypocrisi picturatiōr. Quocirca
sumā cura nobis cauendum, ne illa
labes ecclesiam Christi contaminet.
Id autem euitabimus, si summa dili-
gentia istorum impudentiam pro-
traxerimus scripturarum uirtute, &
animi dexteritate, quibus & cata-
baptistæ ipsi & popularium animi
superati, uideant te adserendæ ueri-
tatis, concordiæ, & animarum ser-
uandarū studio, non contendendi
laborare morbo. Quòd si ille in
Obstinate mens. obstinata perrexerit malitia, memi-
neris istius apostolice sententiæ, He-
reticum

reticum hominem fuge post unam
atq; alteram admonitionem, cum
scias ipsum esse perplexum, & qui
sele proprio damnet scelere. Nolim
tamē te tuo deesse officio. Necq; enī
satis est superasse aut etiā sustulisse
errorem, nīl etiā caueamus, ne pro-
fligatum, silentio & inertia nostra
denuo intromittamus. Proinde no-
stri fuerit officij sedulo ecclesijs ista
inculcare, quæ erronea esse compe-
rimus. Videmus enim Apostolum
Paulū in oībus penē epistolis Na-
zaræorum (quos uocauit Minæos
Hieronymus) impugnasse placita:
partim ut quæ superessent reliquie,
penitus consumerentur, partim ut
prostratis & nihilominus in spem
erectis, omnis adimereč restitutio-
nis opinio. Ceterum erroribus atq;
erronibus istis cognata uident̄ pub-
lica crimina & palam flagitosi, cum

C iij

DE FVNCTIONE

quibus perpetua pphetæ intercedit
De flagi= inimicitia. Quòd si imperatores in
tijs accu= cōflictu delectum habent, qui nam
sandis.

ex omni hostium numero primo &
maxime aggrediēdi & urgendi sint,
certe ppheta quoq; noster impri-
mis dispiciet, quæ nam ex sceleribus
imprimis sint persequenda. Ea ni-
mirū sunt, perfidia, luxus, cōcoctio
& neglectus rei domesticæ, unde
furta emergunt, lites, usuræ, largi-
tiones, bella & cedes. Hic itaq; ape-
rit sese latissimus campus & dicendi
& sudandi. Hic clamitat apud pro-
phetā Dominus, Clama, ne cesses,
quasi tuba exalta uocē tuam, & an-
nuntia populo meo scelera eorum.
Quid igitur fiet: hortaberis ne defi-

Fides &
perfidia. ciant à Deo uiuo, uero & æterno:
hortaberis ut sedulo audiant uer-
bum Dei, nec audiant tantū, sed &
fide uitæq; innocentia exprimant.

Id por-

Id porrò à Dei proficisci gratia, quā ille iusserit sanctis ambire precibus: perpetuò itaq; ad Deum ardentes ex animo fundēdas esse orationes. Nec minore cura seruandam esse fidem & publicam & priuatam, ut pote totius reipublicæ nerū, & de qua non illepide dixit Silius,

*Ante louem generata decus diuumq; hominumq;;
Qua sine non tellus pacem non æquora norunt,
Iusticie consors, tacitumq; in pectore numen.*

Hinc monebis Christiani hominis interesse, rem augere familiarē, sed ^{Cura do-} honestis artibus. Diserte enī scrip- ^{mestica.} sisse Paulum, Qui furabat, ne amplius furet, quin potius labore aliq manuario operetur, id quod bonū est, ut possit ei impartiri qui eget. Et iterum, Obscuramus uos fratres, ut quieti sitis & agatis res proprias, & operemini proprijs manibus, sicuti uobis p̄cepimus, ut uos geratis ho-

DE FVNCTIONE

neste erga extrarios, ne ulla re uobis sit opus. Item ad Timotheon,
Quod si quis suis, familiaribus maxime, non prouidet, fidem abnegauit & infideli deterior est. Nec scio si alia sit Christianæ reipublicæ nocentior pestis, pdigalitate uel ignavia: aut si alijs sint ecclesiæ sancte nocentiores, quam qui plebem ad leuitatem, nescio quam & incuriam hortantur, cuiusmodi apud nos est catabaptistica lues. Nam sicut auctio rei familiaris maximum disciplinæ Christianæ firmamentum est: ita concoctio non est minima eius labefactatio. Etenim qui opes suas quotidiani & sumptuosis perpotationibus cupedijs & obsonationibus abliguriuit & absorpsit, is ad usuras, furta, uenale iudicium, largitiones, bella, turbas, seditiones, & quas uis cedes ac fraudes promptior erit.

Id

Id quod orbis caput Roma, in Ca-
tilinae sodalitio, suo maximo malo
didicit. Ideoque inculcanda nobis erit
temperantia, uituperandus imò & LUXUS
execrādus luxus, ut hoc minus mul-
ti peccent. Tolle enim luxum, & su-
stulisti auri, per cedes & furta, cupi-
ditatem. Si enim remoueas id cuius
rei gratia opes desiderātur, luxum:
iam artes quoque infirmasti quibus
opes parantur, usurā, furta & bellū.
Hinc Lycurgus Gr̄ecorum sapien-
tissimus, diuitiarum desideriū abla-
turus, conuiuiorum apparatus su-
stulit. Et C. Fabricius Rom. populi
integerrimus impator, regias opes
contempsit, quia quis earū usus esset,
ignoraret. Cum enī à Samnitibus
legati, grandē homini, dono affer-
rent pecuniā quod uiderent multa
(ut Iulius Iginius narrat apud Gel-
lium) ad splendorem domus atque

DE FVNCTIONE

uictus defieri, nec p magnitudine dignitateq; lautum paratumq; esse: tum Fabriciū planas manus ab auribus ad oculos, et infra deinceps ad nares, & ad os, & ad gulā, atq; inde porrò ad uentrem imum deduxisse, & legatis ita respondisse, Dum illis omnibus membris, quæ attigisset, obsistere, atq; impare posset, nunq; quicq; defuturum. Propterea pecuniam, qua nullus sibi esset usus, ab ijs, quibus eam sciret usui esse, non accipere. Cauendum tamen nobis ne (quod cōmuni fertur prouerbio) incidat qs in Scyllam cupiens uitare Charibdim, dum prodigalitatē uidelicet fugimus, in fordes & auaritiam incidamus. Auaritia enim pecuniae studiū habet (ut inquit Salustius) quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilem effœminat,

nat, semp infinita & insatiabilis est,
neq; copia neq; inopia minuit. A
qua sententia nō multum abludunt
hæc Pauli planè diuina uerba : Qui
uolunt ditecere incidūt in tentatio-
nem & laqueū & cupiditates mul-
tas, stultas & noxias, quæ demergūt
homines in exitium & interitum.
Siquidem radix omnium malorum
est auaritia : cui dum quidā student,
aberrant à fide & seipso multis im-
plicant doloribus. Proinde tuarum
partium erit, ô propheta Dei, huc
spectare, ut & uestium & ciborum
luxus, omnis Sybaritica mollities,
tollatur ē medio: redeat autem auita
frugalitas & liberalitas: redeat item
patrum nostrorum sanctissimi mo-
res, qui paucis cōtenti, uoluptatem
quoq; caruere sequelis, bello scilicet ^{Frugali-}
inuidia, cura, & omnigena miseria, ^{tat.}
Sic enim cecinit Boetius,

DE PUNCTIONE

Fœlix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu.
Facili quæ sera solebat
Ieiunia soluere glande,
Nec bachica munera norat
Liquido confundere melle,
Nec lucida uellera Serum
Tyrio miscere ueneno.
Somnos dabat herba salubres,
Potum quoq; limpidus amnis,
Vmbras altissima pinus.
Nondum maris alta secabat
Nec mercibus undiq; lectis
Noua littora uiderat hospes.
Tunc classica sæua tacebant
Odijs necq; fusus acerbis
Cruor horrida tinixerat arma.
Quid enim furor hosticus ulla
Vellet prior arma mouere
Cum uulnera sæua uideret
Nec premia sanguinis ulla:

Non

Non abs re ista ad naufragium inculcamus. Nisi enim luxus tollatur ē gente nostra, neque comites & foimenta luxus deerunt, fraudes uide licet, rapinæ, largitiones & bella. At ubi hæc radices egerint altius, non poterūt, nisi horrenda domini uindicta, euelli. Si itaq; patriā imò Dei ecclesiam amas, tempestiue te obuio malo oppone: imitatus prophetas Dei priores, qui nemini prorsus, ne ipsis quidem principibus et regibus pepercérunt, omnimodo anniten tes, ut sceleribus in regna præclude retur uia, aut ingressis pararet exitus: nunc quidem amicè cōmonentes & obsecrantes principes & plementem, nunc uero extrema quæq; interminantes. Ad quem modum & *Sceleris* Paulus episcopo præcipit: Obsecro ^{protra} te coram Deo & Dño Iesu Christo, ^{hēda esse} qui iudicaturus est uiuos & mor

DE FVNCTIONE

tuos in apparitione sua, & in regno suo: Prædica sermonem, insta, tempestive, intempestive, protrahe, increpa, exhortare cum omni lenitate & doctrina. Hæc apostoli uerba te, qui prophetam agis, plus moueant, quam quorundam adulatorū pismata. Connivent enim quidam ad uitia, imò publica flagitia, de misericordia interim cōmentantur, & pusilanimitati mox prætexunt longanimitatem, quæ tamē animi corruptio & mollities est. Tu uero neglectis istis loquaculis & palponibus stude temetipsum probatum exhibere Deo, operarium non erubescendum, recte secantē sermonem ueritatis: ne illos etiam imiteris, qui ita inuehuntur in sceleratos, sicut & errores impetunt, conuictijs. Memineris illius Terentiani, Ne quid nimis: & quod apud Flaccū legimus,

Est

*Est modus in rebus sunt certi deniq; fines,
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.*

Moderate itaq; libertate nostra uta
mur, ne istos perdamus seueritate ^{Quomo-}
nostra, pro quibus mortem subiit ^{do agen-}
Christus. Christus enim pro pec-^{scleratis}
catoribus mortuus est, & cum pec-
catoribus conuersatus est, arundinē
cōminutam nō cōfregit, neq; linum
fumigās extinxit. Nam iudam Isca-
riotem in discipulorum collegium
asciuit, & à suo consortio nō remo-
uit, cumq; proditionem moliretur,
non palām, sed miro quodam uer-
borū inuolucro transfixit, nimirum
ut nos etiā disceremus oculta, tectis
ferire telis. Nam qui eo morbo, qd
sanatū cupis, obnoxius tenet, mox
sentit se notari inuolucro. Quid ue-
ro multis opus? Omnia ad ædifica-
tionem fiant. Nam Paulus omni-
bus factus est omnia, & in omnes se

formas, Prothci in morem, uertit,
ut multos Christo lucrifaceret. Pro-
fuerit & secreto conuenire sceleratū
(quod equidē à Nathan propheta
obseruatum uidemus) hortari, me-
minerit sui, & ad mentem redeat.
Quòd si istud non licet, agè talis sit
oratio tua publica (si modo publi-
cum sit crimen) ut ipse imprimis in-
telligat agi de salute & integritate,
non de priuata ex animi rancore
uindicta. Videmus enim Petrum
apostolum amicē admodum ipsos
etiam Dei & sanctorum parricidas
Modestia alloquitū, cum ait, Et nunc scio fra-
tres quòd per ignorantiam fecistis,
sicut & principes uestri. Ne igitur
nos quoq; huius pudeat longani-
mitatis : maxime cum modestia ne-
mini nocuerit unq;, at intempestiuā
& immodica obiurgatio plurimos
sepe auerterit. Qd' si impius in cepta
perre-

perrexerit malitia, adeò ut nihil licet sperare de homine, deseratur persona, totusq; orationis status ad rem ipsam transferatur, ne uidelicet pñ impiorum subuertantur peccatis. Atq; huc quadrabit ista Pauli ad Titum sententia, Oportet episcopum ita solide doctrinam esse, ut possit etiā exhortari per doctrinam sanam, et cōtradicentes conuincere. Sunt enim multi inordinati, uaniloqui & mentium seductores, maxime ex Iudeis, οὐσιαὶ τετραγονίζειν, Qui totas subuertunt familias, docentes quæ enī oportet turpis lucri gratia. Nam etsi functionis tuæ sit, obstinata & immota mente flagitijs & flagitiosis repugnare, nemo tamen nostrum poterit damnare & tanq; reprobū à Deo, pronunciare, aduersarium: quod aliquos ad uesperam legamus in uineam Domini uocat.

D

Mali
quomo-
do ferēdi

tos. Hac ex causa arbitramur Apo-
stoli precepisse Timotheo, ut longa-
ganimis sit & patiens: Porro seruum
Domini (inquit) non oportet pug-
nare, sed placidum esse erga omnes,
quod docere possit, & malos tollerare
cum mansuetudine, qui contradic-
entes erudiat ac corrigat, si quando-
det illis Deus penitentiam ad agno-
scendum ueritatem, & resipiscant eis
diaboli laqueo, quo ab eo secundum
eius uoluntatem capti tenentur. Porro
hunc modestia debet Christiana mo-
derari prudentia, ne indulgentia no-
stra nimia plus noceamus ecclesiae,
quam alij sua illa austera acerbitate.
Verum fida prophetæ mens ac spi-
ritu Dei imbuta, pulchre praestabit,
quod cupimus. Nam propter rerum
& personarum uarietatem nullæ pos-
sunt numeratae & certe praescribi le-
ges. Pergemus igitur ad alia, si hoc
prius

prius monuerimus, huc pertinere ut
pauperes & ecclesiasticas opes tibi De ecclē
habeas cōmendatas: nō tam quod ^{siaſticis} Christus istos nobis cōmendauit,
quām q̄ apostolus Paulus in omni
negotiorum turba & prēdicationis
onere, pauperes non neglexit. Pro-
inde fratres charissimi, si ecclesia no-
stra opes habeat, ne negligamus, sed
subinde moneamus sancte distri-
buant, uel ad studia, uel ad paupe-
res. Quòd si uideas istas paucorum
improbitate diripi & suffurari, agē
ne taceamus, etiamsi maximo uitæ
dispendio sit dicendū. Necq; enim
caremus exemplis. Habemus D. ^{Apud Au} Laurentiū, qui maluit corpus suum ^{reliū} Pru-
flammis cremandum offerre, quām ^{dentium.}
opes ecclesiæ, impio principi pro-
dere. Sic neque Diuus ambrosius
quicq; cessit uel maximo impera-
tori Valentiniano, traditionē Ba-

D ij

DE FUNCIONE

silicarum postulati, Nec enim mihi
phas est tradere (inqt) nec tibi acci-
pere imperator expedit. Domum
priuati, nullo potes iure temerare,
domum Dei existimas auferendū:
 Allegatur, Imperatori licere omnia,
ipsius esse uniuersa, Respondeo,
Noli te grauare imperator, ut putas
te in ea quæ diuina sunt, imperiale
aliquāt ius habere. Noli te extollere,
sed si uis diutius imperare, esto Deo
subditus: Scriptum est, Quæ Dei
Deo: quæ Cæsar is Cæsari. Ad im-
peratorem palatia pertinent, ad sa-
cerdotem ecclesiæ. Publicorum tibi
mœnium ius commissum est, non
sacrorum. Præterea respondi, Me si
de meis aliquid posceretur, aut fun-
dus, aut domus, aut aurum, aut ar-
gentum, id qđ mei iuris esset, liben-
ter offerre, templo Dei nihil posse
decerpere, nec tradere illud, qđ cu-
stodien-

stodiendum, non tradendum accep-
perim. Deinde consulere me etiam
imperatoris saluti: quia nec mihi
expediret tradere, nec illi accipere.
Hæc ex Ambrosio. Ideoq; fortis
simus. Nō deerit Deus pio conatui,
modo ipsi nobis ipsis nō desimus.
Scitis, fratres charissimi, quanta to-
tius orbis offensione, quāta impu-
dentia, rapina & scelere, quanta pie-
tatis & ueritatis iactura, pontificij
opes concoixerint ecclesiæ. Alebant
ecclesiæ opibus canes, equi, lumiæ
imò publica scorta, & nescio quid
peius, equisones item agasones, pa-
rasitæ & huius generis innumera-
culing excrementa. Ornabant tem-
plorum parietes, uestiebant ligneæ
& lapideæ statuae, ad fastum & lu-
xum usq;: pauperes autem frigore
interim & inedia miserè laborabat,
studia item collegiorū negligebant,

D ij

DE FVNCTIONE

& horum loco colebat supersticio
& barbaries. Cauemus ergo, fra-
tres, cuaeamus obsecro, ne sacrilego
hoc ecclesiasticarū opum abusu ex-
cuso, similem aut peiores intro-
Studia mittamus. Studia nobis, si sapimus,
non minus restituenda sunt, quam
cura pauperum habenda. Si enim
studia bonarum & sacrarum litte-
rarum interierint, pietatis quoque
negotiū breui interibit. Nam unde
nobis turbe, calamitates, dissidia, &
errores nostrorum temporum, nisi
ex inscitia prioris saeculi: quod bo-
nas & pias litteras (absit uerbo in-
uidia) non tantum nesciuit, sed &
arroganter contempsit. Quotquot
igitur glorie Christi, renascenti ue-
ritati, ecclesiæ Dei, & sibi ipsis, con-
sultū uolunt, in hoc totis incumbat
uiribus ut ecclesiasticæ opes sancte
& pie dispensent, imprimis autem
pro-

promoueantur studia, ne posteri in
eam captiuitatem reducantur, unde
nos metipsos uix tandem extrica= Anacee
latè de erroribus, sceleribus & fla= phaleo=
uiimus. Si uero ea non colligas, que sis.
gitiosis, cum protrahendis, tum an= sis.
tiquandis differuimus, comperies
præstare, si sancte, perspicue & so= lidè
ueritatem adseramus, obiecta
autem scripturis diluamus fideliter:
neglectis cōuitijs histronicis, ne &
ipsam rem & personā nostrā scur= rilitate dedecoremus. Talis sit &
animus & dictio in accusandis fla= gitijs.
Accusentur quæ prima sunt
& nocentissima: sic autem accusent,
ut ipsa sese improbitate damnent, &
virtutū oppositione uilescant: de= nicè ut n̄ qui propter scelera corri=
piuntur. Sentiāt omnia ex charitate
fieri non inuidia. Longanimis ergo
sis oportet & prudēs. Sic enim fiet,

D iij

DE FUNCTIONE

ut nihil pecces nimia indulgentia,
nec quicquam delinquas intempesti-
ua saueritate.

De orationis functione, lo, contra affectum. Hisce uero absoluissimum iam quod dicere institueram, nisi inepti quidam, de orationis phrasim seu stilo, paucula quædam monere cogerent. Sunt enim qui existimant hoc se doctiores, quo obscurius de rebus aptissimis differunt: Cum tam perspicuitas & simplicitas maxima orationis ornamenta sint. Sunt alii quidam nihilo stultiores, qui κακολογία quadam inflati, nihil nisi anantapodatis, hyperbatis, exoticis quoque & obsoletis student uocibus: curantes ut nouè plixè, pplexè, affectatè, quodamque dicendi modo aulico, & à cōmuni nativa & germana lingua alienissimo dicant. Cum tam Octavius ille Cæsar scitè admodum monuerit non aliter in sermone fugiendum uerbū insolens

insolens & obscurū, quām in cursu
scopulū. Quin sumī Latinæ linguæ
principes Cicero et Liuius propriè,
pure, perspicuè, & simpliciter scrip-
sere. Simplex igit, pura, perspicua,
nec adfectata, sed germana adeoq
& materna sit oratio tua, ut ī qui-
bus loqueris, quæ loquaris, intelli-
gant. Curiosis autem & aulicis cu-
riosum relinque dicendi genus, Tu
uero orationē ad auditorū captum
attempera. Cur enī dicis, si intelligi
nolis?

Sunt & alij istis curiosiores, an
stultiores dicam, nescio, quibus au-
gustum est, quicquid à Philosophia
profectum est, contra uero sordidū,
uile & abiectum, quicquid à spiritu ^{De proa}
Dei, in scripturis, proditum est. Hi ^{phanis}
data opera raro utuntur scripturis
sanctis, fastidiētes illas ceu agrestes
prophanis autem studijs optimas

D v

DE FVNCTIONE

quaſcꝫ horas inſumūt. Ex ijs quae-
cumqꝫ dicenda ſunt petunt, ijs ſua
firmant, iſtis laſciuiunt & ingenij
acumen oſtentant: Stulti homines,
ſophistæ, impij & deſertores. Ne-
ceſſarię quidē ad ſacra, bonæ literæ,
& ſine quibus inſocliciter in ſcrip-
turis agas, neceſſaria inquā ea im-
primis philoſophię pars, quam fer-
mōtōnalem uocauēre Platonici. Id
quod ſuperius indicauimus in tra-
Etatione thematum. Verum ſunt &
aliæ philoſophię partes, quarū lon-
ge rarior uetus eſt in ſacris: Nemo
tamen negat prudentem patremfa-
milias de theſauro cordis ſui pro-
ferre noua & uetera, id eſt, omnige-
na, rebus & personis, temporibus
& locis cōuenientia: ſed quis igno-
rat & illud, prudentē & uere pium
uirum primas tribuere ſcripturis:
prophanis autem tanqꝫ ſubſidiarijs
aduenſ

aduenticijs & peregrinis moderatè
uti: V̄sus est et Paulus ȳsibus Ara-
ti Menandri et Epimenidis, sed mo-
deratè, sed suo in loco. Moderatè
igitur & suis in locis utamur etiam
hos prophanis, ad gratiam, non ad
ostentationem, aspergentes alicubi,
nō ex integrō tractātes. Nam præ-
dicatio mea (inqt Apostolus Pau-
lus) nō erat in persuasorijs humānē
sapientiæ uerbis: sed in ostētationē
spiritus & uirtutis: ut fides uestra
non sit in sapientia hominum, sed
in potentia Dei. Hęc autem de sim-
plicitate prophetica.

Simplicitati dictionis & puritati, vite im-
si accedat uitæ sanctimonia, certe tegritas.
functionem nostrā non parum or-
nabit, puritate uitæ parat prophetis
authoritas. Quidam contra impia
uita destruūt, quòd sancta doctrina
sanctè docuerunt. Puritatem & ipse

DEFUNCTIONE

Christus à nobis exigit, cum dicit,
Vos estis lux mundi: Sic luceat lux
uestra coram hominibus ut uideant
uestra bona opera, glorificantq; pa-
trem uestrū qui est in cœlis. Et Paul-
lus: Esto (inquit ad Timotheum)
forma fidelium in sermone, in con-
uersatione, in dilectione, in spiritu,
in fide, in puritate. Et ad Titū, Su-
per omnia (inquit) temetipsum ex-
hibe formam bonorum operum, ut
integra sit doctrina & uita, grauis,
& sermo sanus, & irreprehensibilis,
ut is qui repugnat rubore suffun-
datur, nihil habens quod impingat.

Ista uero omnia, simplicitas uide-
licet ac puritas, cum sermonis tum-
uitæ, non mediocriter cōducunt ad
eorum euidentiam, & robur, quæ
hactenus de officio & administra-

Constan- tione pphetica disputauimus. Qui-
tia. bus si accedat constantia, iam huius
&

& omnium functionum Christia-
narum accessit neruus. Tolle enim
e uirtutum choro constantiam, &
omnes sustulisti uirtutes. Quæ pu-
tas enim futura sit siue prudentia,
siue temperantia, siue iusticia, siue
fortitudo, si non firmetur imo &
conseruetur constantia. Et eruditio
tua uitæ quoq; integritas, res per se
præclaræ, somnium fient, nisi acce-
dat cōstantia. Hac euicit durissimā
gentem Moses propheta Dei ma-
ximus, hic enim multis annis rem-
publicā Israēlis non eruditione tan-
tum, legibus, uita integra, blandis
monitionibus & asperis obiurga-
tionibus duxit & rexit, sed & solida
constantia cōseruauit. Nemo mihi
obiūciat labores: Ideo enī cōstantia
nobis opus, ut mala forti infractoq;
feramus animo. Quanta uero &
Moses à suis perpeſſus: quoties in Moses

summo capitⁱs discriminē positus.
Nusq^z tamē desperauit, nullibi oc-
cubuit, necq^z à ueritate uncq^z uel latū
unguem cessit. Discamus igitur &
nos omnem nobis oppositum ma-
lorum cuneū perrumpere constan-
tia: quo & alia innumera ueterum
hortantur exempla, Iсаiæ imprimis,
qui ad decrepitū usq^z ætatem fidelis-
ter atq^z cōstanter in uinea Domini
laborauit. Pauli item apostoli, quo
homine nihil uidit orbis, necq^z do-
ctius necq^z syncerius aut quicq^z con-
statius. De Athanasio magno Ale-
xandrinorū episcopo, quid dicam:
cuius pietas, eruditio, & constantia
per uniuersum orbem summa cum
laude peruagarunt. Tanta enim ab
Arrianis passus est, ut non aliud ex-
uetustis habeat uel parem uel supe-
riorem, attamē uniuersum hoc ma-
lorum agmen cōstantia facile supe-
rauit.

Sed

Sed qd uetera produco, qui do-^{Epilogus}
mesticis exemplis non careo, pro-
prijs quidem illis & absolutissimis.
Quid enī huic negotio prophetico
quadrantius accedere potest exem-
plo Hulderichi Zuinglij praecep-^{Hulderic}
toris nostri uiri clarissimi: Etenim ^{chi Zuin}
in hoc uiro semel & absolute ^{glij enca}
rias quicquid in uero propheta Dei
requiras. Apud rhetores quidem
Gentiliū, nondū perfectus aliquis
orator repertus est, sed Zwinglius
noster propheticā cyclopædiā adeò
absoluit, ut nihil in eo defuderet,
etiam si uitæ conuersationē spectes,
nihil in amoenum aut indecorū in-
uenias. Nescio enim si hoc homine
uiderit orbis aut humanius aut san-
ctius, si mores hominis perpendas,
aut prudentius, si maximarū rerum
administrationem spectes. Dicitio ^{Dicitio}
uero talis erat, qualem superius ex

DE FUNCTIONE

eruditis adumbrauimus. Erat enim
candida, pura, perspicua & minime
adfectata uel ad fucum composita;
omnia plana & quorūuis exposita
oculis, necq; hic iacebat aut humili-
ptabat quicq;, omnia uiuebant &
robore quodam cōpacta ultro sese
amabili quadam ui in auditorū in-
gerebant animos. Iuditium autem
Scriptu- in scripturis habebat candidū, acre,
rū ex- positio. sanctum & incōparabile. Mira illi
in eruendis sacrarum arcanis dexte-
ritas. Mira in tractando simplicitas
& facilitas. Mira & in reddendis ex
aliena linguis proprietas & perspi-
cuitas. Testamur hac in re lucubra-
tiones eius in Isaiam & Ieremiā ad-
ornatas uerius quam scriptas. Te-
stamur & fragmenta alia que nobis
ex doctissimorum quorundam ui-
rorum diligentia, restant: ex quibus
æstimamus, ceu ex ungue Leonem;
quantus

quantus hic in exponēdis sacrīs fūe-
rit. Sola hæc quæ extant paucula
equidem uiam quandam scripturas
enarrandi aperire uidentur, ut in ijs
clare & copiose ea tanq̄ in exem-
plari quodā uideas, quæ nos prece-
ptionibus in initio orationis huius,
tradidimus uel adumbrauimus po-
tius. Et in refellēdis erroribus, quis
unq̄ laborauit foelicius? quis circū= Erros
sustulit.
spectius aut eruditius? Et quod alij
gloriam reducis euangelijs, alijs (qui
tamen & suis præcellunt donis, &
adhuc agunt in uiuis, ut nondum
istorum canendum sit encomium)
non citra inanem iactantiā & adu-
lationē tribuerūt, id reuera Zuing-
lio nostro tribuendum erat. Nam
per hunc uirū restituit nobis Deus
ecclesiæ suæ gloriam. Vnus enim
restituit Testamenti & æterni fœ-
deris capita, obsoletaq̄ renouauit,

DE FVNCTIONE

Vnus omnipotentiā & bonitatem
Dei, imō & unitatem, diuorū inuo-
catione & cultu obscuratā, pristino
restituit nitori. Idem Ezechiæ & Io-
siæ sanctissimorū regum exemplo
omnia sustulit simulachra: ut solus
per oīa & in omnibus, spiritu reg-
naret fide & charitate, Deus. Sa-
cramēta porro ecclesiæ, foedissimis
erroribus prorsus foedata, repur-
gauit, et nitidissima populo Dei re-
stituit, baptismū intelligo & eucha-
ristiam. Hanc tamē nō sine Theseo
restituit. Magna est enim hac in re
Ioannis Oecolampadij gloria, quē
Zuinglius noster hac in laude ha-
buit comitem, virum aliās uita in-
culpatum, eruditione incompara-
bilem, & euāgelice doctrinę abso-
lutissimum professorem. Cæterum
cum Zuinglius eucharistiā restituit,
simul & innumerās superstitiones,
impie-

Impietatem item summam, Missam
puto, penitus sustulit, totūq; orbem
manifestissima idololatria liberauit.
Et de peccatorum remissione, & de
clauibus, quis unquam uel ex uetu-
stis uel neotericis, disputauit clarius
& uerius? Quis antichristi regnum
quassauit fortius? Quis omnem er-
rorem & superstitionē subruit cō-
stantius? Totū enim pontificis Ro-
mani, hoc est, Antichristi regnum,
huius uiri opera (imò Dei gratia
quæ per hunc agebat) pietate, indu-
stria & eruditione, prostratum, cō-
uulsum & extinctum iacet. Hæc au-
tem omnia peculiaria habet, & ita
peculiaria, ut summos in Europa,
utriusq; factionis uiros, partim in-
uidia & zelo, uiros inquam & opti-
mos & doctissimos, partim auaritia
& iniuitate, homines alias atros,
illos inquam oēs sequē repugnantes,

E n

DE FVNCTIONE

citra negotium uicerit, & sua indies
clarius & firmius proposuerit. Sed
& ipsa catabaptistarū phalanx, hy-
pocrisi, fuco, loquētia & spiritu, ne-
scio quo, probe instructa, uictori
palmam ferre coacta est. Quarum
rerum omnium locupletissima ha-
bemus uiri testimonia. Extant enī
huius libri De uera & falsa religiōe
conscripti, De Baptismo & Eucha-
ristia plurimi: in quibus nihil quod
ad sumām eruditionem & maiesta-
tem spectet, desyderes. Nemo enim
hoc homiē colligit neruosiū, nemo
telum in aduersariū torquet acrius,
aut exceptum retorquet mirabilius.
Est enim hac in re ultra cōmunem
hominū fortem admirabilis. Quis
uero delectat urbanius? quis mouet
efficacius? quis laudat candidius?
quis suadet grauius? quis hortatur
ardentius? Omnia in hoc homine
sumā.

SUMA. Laudent ergo Romani suum
in eloquentia Tullium, & in resti-
tuenda libertate Brutum. Efferant
Græci suos, uel imperatores, uel le-
gislatores, Temistoclem, Periclem,
Lycurgum & Solonem: nos multo
& uerius & iustius Zuinglium no-
strū (multis nominibus præcellen-
tem & sancta maiestate uerendum)
sancta quadam gratitudine uene-
ramur: ut qui post maxima pietatis
studia, in restituenda libertate & re-
nouādis bonis ac sacris studijs mire
laborarit. Parua autē hæc sunt quæ
diximus, si ijs cōferantur quæ nunc
dicemus. Nā in hoc homine ardens *Scelerat.*
amor iusticiæ, flagrās æquitatis stu- *accusa-*
dium, & inexplebilis patriæ foelici- *uit, et fla-*
tatis cupiditas, fuit: cōtra uero sum- *gitiosos*
mum in flagitiosos & extremum in *protraxit*
flagitia odium. Nemo enim facile
explicarit quātis sudoribus luxum

DE FVNCTIONE

Inertem, sanguinolentas largitiones, & multorum saeuam expugnat olygarchiam : & rursus quanta cura auitam frugalitatem, probitatem & sanctum (lojade ad amorem) studuerit restituere imperium: quas ob res uir Dei sanctus, pulchrā tandem opetijt mortem. Ab ijs enim cæsus est, quibus ipse se tota impenderat uita, ut illos à largitionibus, bellis, luxu, pessimis quoqz suis studijs, in uiam reduceret iusticiæ. Hæc autem mortis uiri iustissimi, uerissima est cauſsa, ut ut alij alias necis iactitent cauſſas. Nolim autem quenquam tanti uiri clade, miseroqz (ut nonnullis uideri poterat) mortis genere offendи : maxime cū optimi & sapientissimi quicqz miserè semper interierint. Nam Sotades author est, Socratem in carcere bibisse cicutam, Diogenem uero crudum come-

cōmedisse polypedem & interijsse.
Aeschilo autem scribenti incidisse
testudinē. Porro Sophoclem acino
uuæ præfocatum excessisse. Canes
item Thracios bonum discerpsisse
Euripidem, sed diuinū Homerum
fame fuisse confectum. Prophana
sint hæc. Quis uero nō lugeat op=
timi eruditissimi simul & pñssimi
uiri Ioan: Oecolampadij mortem:
Illum enim, illū inquam, totius Ger=
maniæ imò Christianæ reipublicæ
summū decus, uirum iustissimum,
nō multis post Zwinglij interitum
diebus, neci dedit carcinus. Quin in
sacris legimus istis prorsus paria.
Quo enī quisq; sanctior, hoc mise=
rabiliori mortis genere interiūt. Nā
quis nescit sanctissimi Isaiæ cedem:
Hieremiæ & Zachariæ indignam
cladem: Stephani quoq; & sacra=
tissimi Ioannis baptistæ interitum:

DE FVNCTIONE

Quid qđ tunc quoque in sancti uiri
corpus deseuiebat truculenta scor-
torum rabies? Huc facit qđ Zuing-
lium nostrum non animi libido ad
pugnam animauit, sed sanctū ma-
gistratus edictum armauit. Et quo-
ties oro iusta incaussa, à iustissimis,
infoelicissime pugnatum? Aut quis
nescit Iosiam & Machabæum, sum-
mos in pietate uiros, infelici clade
infoelicissime perijisse? Nec obscurū
est tū quoq; cum uiri illi interirent,
campos multo & ciuiū & hostium
cruore repletos. Sic enim erat in fa-
tis. Nec quisq; Iosiæ, improbitatis
notam impingebat, qđ ipsa res pre-
ter omnium expectationē sinistrius
cessisset. Hæc autem ueluti per epi-
logū contexui, ut tute uideres tanq;
in uiuo exēplo, quæ esset prophete
iusta administratio. Nostrum dein-
ceps fuerit ueritatē suō studio,

& si res ita postularit, uitæ quoque
dispendio propugnare, scripturas
sanctas pure enarrare, plebem ad
sancta ardenter hortari, mœstos pie
cōsolari, erroribus prudenter con-
traire, & hæreses constanter elimi-
nare, scelera quoq; & scelestos non
minus pie quā fortiter impugnare,
eaq; omnia summa cum fide & dili-
gentia agere, ut cum apparuerit
pastorum princeps, immar-
cessibilem coronam
reportemus.



TYGVRI APVD CHRISTOF-
ferum Froſchouer, M. D. XXXII.

HVLDERYCHO
ZVINGLIO VIRO PISSIMO
& clarissimo sacrum.

Qui Christo & patriæ uixit, docuit, uigilauit,
Pro Christo & patria fortiter occubuit:
Zuīnglius eternum Christo patriæq; saluti
Viuīt: iniqua cohors perpetue morte perit.

Gerardus Nouiomagus faciebat.

Occidit, eterna dignus qui laude feratur,
Illustrans gentem Zuīnglius usq; suam.
Quo dūluit infirmum scui manus abstulit hostis,
Hostis qui nullo foedere dignus erat.
Sed quid retulerit qua tandem morte necetur,
Cui dum uiuebat, uiuere Christus erat?
Zuīnglius occubuit, sed corpore: cætera, nunquam
Non meliori sui parte superstes erit.
Rumpere liuor edax, uita qui perpetè Christo,
Quiq; bonis manet, haud mortuus esse potest.
Mors etiam lucro est, multo iam fœnore mentis
Fortius exurgent semina sparsa pie.

V Volphgangus Musculus faciebat.

ERRATA.

- In p̄eliminari ep̄istola primum A expunge.
Fol: 6 col: 2 lin: 1 lege Christum, pro Ch̄istum.
12 col: 1 in margine lege thematum, pro thetum.
14 col: 1 lin: 6 lege mutus, pro mutuis.
15 col: 2 lin: 15 pro punto . repone ?
16 col: 1 lin: 8 lege uestram pro nostram.
19 & 20 cedes lege per æ.
22 col: 1 litt: 19 lege uoluptatum, pro uoluptatem.
24 col: 2 litt: ult: lege sape pro sepæ.
25 col: 1 litt: 15 lege non pro enim.
28 col: 1 lege, 4 lege nunc pro non.
Et paulo post lege, sentiant, pro Sentiant.
30 col: 1 litt: 19 lege. Puritate pro, puritate.
31 col: 2 litt: 9 lege decrepitam pro decrepitem.

OCN 1391227665